



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ioannes Chrysost. Episc. 27. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

. Ian.
tit ad
us ad-
ia vel
VM &
sculis
terum
it , &
abat)
narit.
gra-
ristus
indu-
n cæ-
ostor,
e po-
collo-
lanti-
sequi
ripit.

vs &
men.
bitur
mene si
Bern.
earij.
Divo
mnes
erare
OLY-
nā in
cione
fuum
hor-

27.Ian. VITÆ S A N C T O R V M . 53

exhorrescere Diuum videret, audaciâ linguam armante, *Nosce nos*, ait *amabo*. At **POLYCARPVS**, vultu ad severitatem composito, id tantum respondebat, *Novi equidem primogenitū Sathanæ*. Cæterum Romæ cùm degeret, divinitùs de morte suâ edocitus, lictoribus obviam progreditur. Sub pugnæ initium voce è cælo animatur, jamque Christo malè jussus dicere: *Qui*, inquit, malè illi possum dicere, qui ipsos LXXX. annos famulanti sibi malil fecit unquam? Ergo ad rogum damnatur. Sed virtutem ipse absolvit ignis, dum tangere veritus stræta velut è flammis porricu ambit innocentem, nec jam laedit, sed tegit, suavissimum interim in adstantes odorem ejaculatus. Ad extiemum gladio confosius sanguine ignem extinxit, nobilis nimbo, & quem vel suis imbribus cælum præfert.

Ex Surio,

*Quando tu hodie in mundo constitutus & cras
tribunali Dei presentandus audes blasphemiam
proloqui? & non metuis ne fortè ignis de cælo def-
endant & te devoret; tuum os aduersus omnipoten-
tem aperis, negue vereris ne terra sub te disrum-
patur & te absorbeat? S. Ephrem paræn. 83.*

S. IOANNES CHRYSOST. EPISC°

27 Ianuarij.

CHRYSTOMVM laudibus suis pingat alter Chrysostomus; nos umbram damus. Non dum Pontifex Byzantinus erat IOANNES, cùm in ejus conspectum se dedit Apostolorum Princeps D. Ioanne Evang. comite, & sanctioris potestatis ac magisterii indices claves illi ac librum obtulit. Et verò quid mirum, si hoc Doctore etiamnum orbis gaudeat, qui præcepto rem magnum Pau-

C 3

lum

lum, imò eundem cum Paulo magistrum Spiritum S. habuit? Nam hunc obvoltantem capiti suo, dum sacris operaretur, conspexit ipse; illum dum ad mensam scribere, assistere dictanti similem alij etiam viderunt. Talis itaque IOANNES cùm urbe suâ hæreticos, & cùm his vitia alia, ac blasphemiam imprimis prostriberet, sanctæ libertatis vindex acerrimus, æquì justiq; unicus amator in odium Augustæ Eudoxiæ incidit: nam IOANNES imperij suietiam in Reges memos templi aditu gravibus ex causis profanam prohibuerat, & in statuam ejus, quæ propter templum choreis ludisque non sanctis colebatur, graviter detinuerat; jamque secundum exul in inclitem patriam cælum abiit, ad id à geminis, quos suprà memoravimus, Apostolis & D. Mart. Basilio invitus. Siluit itaque aureum hoc os anno post reparatam salutem septimo supra quadringentesimum. *Ex Surio.*

Tene sobriam religiosis virtutibus disciplinam; sit tibi vel oratio affida, vel lectio; nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum; ille te præcepis suis instruat, ille disponat; quem ille devitem fecerit, nemo pauperem faciet. S. Cypr. Ep. 2. ad Don.

S. IACOBVS POENITENS.

28. Ianuarij.

H Ominis, mi lector, speculum cape & peccantis & poenitentis, Iacobum inspice. Hic postquam Anachoretes XL. omnino annos Deo militavit, miranda maxima patravit, trophyæ de hoste inferno statuit plurima! id ætatis vir à feminâ demum triumphatur, & ab eâ feminâ, inquit ipsum cacodæmona non horruerat, imò è quâ